

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber quintus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)



## Epistolarum familiarium

Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia diligentissimeque curabo, tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo, Vale.

M. CICERO, S. D. CN. PLANCO.



Inas a te accipi literas Corcyre datas: quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses me meam pristinam dignitatem obtinere: alteris dicebas, te velle, quod egissem, bene, & feliciter euenire. Ego autem si dignitas est bene de re publica sentire, & bonis viris probare quod sentias, obtineo dignitatem meam. sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, aut denique libera oratione defendere, ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis, agiturque scilicet, si nosmetipsos regere possimus, ut ea quae partem iam adsunt, partem impedit, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte cedere ostendat, ex altera seruitutem. Quo in periculo nonnulli mihi me consolatur, cum recordor haec me tuum vidisse, cum secundas etiam res nostras, non modo aduersas pertimescebam, videbamque quanto periculo de iure publico disceptaret armis. Quibus si inuicissent, ad quos ego pacis spe non belli cupiditate adductus accesseram, intelligebam tamen & iracundiam hominum, & cupiditatem, & insolentiam, quae crudelis esset futura victoria: sin autem victi essent, quantus interitus esset futurus civium, partim amplissimorum, partim etiam optimorum, quae me haec predicentem, atque optime consulentem salutem suam, malebant nimium timidum, quae satis prudentem existimari. Quod autem mihi de eo quod egerim gratularis, te ita velle certo scio, sed ego tam misero tempore nihil noui consilii coepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam tempore offendissem. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis charissima mea salus, & mea fortuna esse debebant, cum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem, nouarum me necessitudinum fidelitate, contra veterum inimicorum perfidiam, muniendum putauim. Sed de nostris rebus satis, vel etiam nimium multa. De tuis velim ut eo sis animo, quo debes esse, id est ut ne quid tibi precipue timendum putes. Si enim status erit aliquis civitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video expertem fore. Nam alteros tibi iam placatos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim iudices, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quae videam quae sim hoc tempore, & quae possim, opera tamen, & consilio, studio quidem certe, rei, famae, salutis tuae praesto futurum. Tu velim & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quod diligentissime certiorum. Vale.

Quidē cer  
te.

M. CICERO, S. D. CN. PLANCO.



Coepi perbreuis tuas literas, quibus id quod scire cupiebam, cognoscere non potui. Cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam quod fortiter ferres communis miseriam, non intellexi: quod me amares, facile perspexi, sed hoc scieram. Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. Sed tamen etsi antea scripsi, quae existimaui scribi oportere, tamen hoc tempore breuiter commendandum putauim, ne quo periculo te proprio existimares esse. in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut proprio fortunam, aut precipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. Quod de te sperare, de me praestare possum. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM  
LIBER QVINTVS.

Q. METELLVS CELER, Q. V. F. PROCONSVL, S. D. M. T. CICERONI.



I vales bene est. Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec absentem ludibrio lesum iri, nec Metellum fratrem ob dictum capite, ac fortunam per te oppugnatum iri: quae si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel familiae nostrae dignitas, vel meum studium erga vos, remque publicam satis subleuare. Nunc video illum circumuentum, me desertum, a quibus minime conueniebat. Itaque in luctu, & squalore sum, qui provinciam, qui exercitum praesum, qui bellum gero. Quae quoniam nec ratione, nec maiorum nostrorum clementia administratis, non erit mirandum, si vos poenitebit. Etiam mobili in me meos quae esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria a republica abducat. Vale.



M. T. C. Q. METELLO. Q. F. CELERI PROCONSULI. S. D.



I tu, exercitusque valetis, bene est. Scribis ad me te existimasse pro mutuo inter nos afo, & pro reconciliata gratia nunquam te a me ludibrio lesum iri. Quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum, sed tamen suspicor ad te esse allatum, me in senatu cum disputare, pro multis esse qui reprobam a me conservatam dolerent, dixisse, a te propter iniquos tuos, quibus negare non potuisses, impetrasse, ut ea que statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. Quod cum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita disputatum officium fuisse in reipublica salute retinenda, ut ego urbe a domesticis insidiis, & ab intestino scelere, tu Italia, & ab armatis hostibus, & ab occulta coniuratione defenderes. Atque hanc nostram tantam, & tam preclaram muneris societatem a tuis propter iniquos labefactam, qui, cum tu a me rebus amplissimis, atque honorificentissimis ornatus esses, timuissent nequa mihi pars abs te voluntatis mutue tribueret. Hoc in sermone cum a me exponeretur, que mea expectatio fuisset orationis tue, quantoque in mœrore versatus essem, visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est risus consecutus, non in te, sed magis in mœrore meum, & quod me abs te cupisse laudari, aperte, atque ingenue confitebar. Id hoc non potest in te non honorifice esse dictum, me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus, tamen aliquod testimonium tue vocis habere voluisse. Quod autem ita scribis, pro mutuo inter nos afo, quod tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipit, & reddit. Ego si hoc dicam, me tua causa pretermisisse provinciam, tibi ipse leuior videar esse: meam enim rationes ita tulerunt, atque eius mei consilium maiorem in dies singulos fructum voluptatibus capio. Illud dico, me ut primum in concione provinciam deposuerim, statim quemadmodum ea tibi traderem, cogitare cepisse. Nihil dico de fortitudine vestra, tantum te suspicari volo, nihil in ea re pro collega meum me insciēte esse factum. Recordare cetera, que cito senatum illo die facta sortitione coegerim, que multa de te verba fecerim, cum tu ipse mihi dixisti orationem meam non solum in te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Id illud senatusconsultum quod eo die factum est, ea prescriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Postea vero que profectus es, velim recordere, que ego de te in senatu egerim, que in concionibus dixerim, quas ad te literas miserim. Que cum omnia collegeris, tu ipse velim iudices, satis ne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum prope Romam venisti, mutuo respondisse. Quod scribis de reconciliata nostra gratia, non intelligo cur reconciliatam esse dicas, que nunquam immutata est. Quod scribis, non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum a me oppugnari, primum hoc velim existimes, animum mihi istum tuum vehementer probari, & frater nam plenam humanitatis, ac pietatis voluntatem. Deinde si qua ego in re fratri tuo reipublica causa restiterim, mihi ignoscas, tam enim sum amicus reipublice, quam quod maxime. Si vero meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defecerim, satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. Que ego cum cooperissem omnem sui tribunatus conatum in meam provinciam parare, atque meditari, egi cum Claudia uxore tua, & cum vestra sorore Mutia, cuius erga me studium pro Cn. Pompeii necessitudine multis in rebus prospexerat, ut eum ab illa iniuria deraheret. Atque ille, quod te audisse credo, pridie Calen. Ianu. qua iniuria nemo unquam in annuo magistratu improbitissimus civis affectus est, ea me consulem affectit, cum rempublicam conservassem, atque abeunte magistratu concionis habende potestate priuavit, cuius iniuria mihi tantum honoris summo fuit. Nam cum ille mihi nihil, nisi ut iurare premitteret, magna voce iuravi verissimum pulcherrimumque iusiurandum, quod pro plus idem, magna voce me vere iurasse, iuravit. Hac accepta tanta insigni iniuria, tamen illo ipso die misi ad Metellum communis amicos, que agerent cum eo, ut ab illa mente desisteret, quibus ille respondit, sibi non esse integrum: et tamen paulo ante in concione dixerat, ei que in alios advertisset indicta causa, ad dicendum ipsi potestate fieri non oportere. Hominem grauem, & civem egregium, que que poena Senatui, consensu honorum omnium, eos affecerat que urbe incedere, magistratum, ac Senatui trucidare, bellum maximum consistere voluissent, eadem dignum iudicaret eum, que curiam cedere, urbe incendiis, Italia bello liberasset. Itaque ego Metello fratri tuo presenti restiti. Nam in senatu Cal. Ianu. sic cum eo de reipublica disputavi, ut sentiret sibi cum viro forti, & constanti esse pugnandum. Ad tertium non. Ian. cum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis sue me appellabat, mihi minabatur, neque illi quicquam deliberatius fuit, que me quacumque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi atque impulsionem euertere. Huius ego temeritati si virtute, atque afo non restituissem, quod esset, que me in consulatu non casu potius existimaret, que consilio forte fuisse! Hec si Metellum cogitare de me nescisti, debes existimare te maximis de rebus a fratre esse celatum. sin aliquid impertiuuit tibi sui consilii, lenis a te, & facia

Mutuum in amicitia.

Istum tuum.

Deliberatius.



## Epistolarum familiarium

lis existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus exposulē. Et si intelligis non me dicto Metelli, ut scribis, sed consilio eius, animoque in me inimicissimo esse comotum, cognosce nunc humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi, ac dissolutio. Nulla est a me unquam sententia dicta in fratre tuo: quotiescumque aliquid est actum, sedes iis assensu, qui mihi lenissime sentire visi sunt. Adde illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli, atque etiam ut ita fieret, per mea parte adiuui, ut Senatusconsulto meus inimicus, quia tuus frater erat, subleuaret. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui: nec in te, ut scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, ut in mea erga te voluntate, etiam desertus ab officiis tuis, permanere. Atque hoc ipso tempore tibi pene minitari nobis per literas, hoc rescribo, atque respondeo, ego dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. Meus enim me sensus, quanta vis fraterni sit amoris, admonet. a te peto, ut tu quoque equum te iudicem dolori meo prebeas, si acerbe, si crudeliter, si sine causa sum a tuis oppugnatus, ut statuas mihi non modo non cedendum, sed etiam tuo, atque exercitus tui auxilio in eiusmodi causa tuendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: me ut tibi amicissimum esse intelligeres, laboravi: maneo in voluntate, & quoad voles tu permanebo, citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam, quam illius odio quod de nostra benevolentia detrahatur. Vale.

Oppugno.  
Repugno.

Amore tui

Recōciliati  
ua.

QV. METELLVS NEPOS. S. D. M. CICERONI.



Omnis importunissimi contumelie, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur, & ut sunt leues eiusmodi homines, a me despicuntur, libenterque commutata persona, te mihi fratris loco esse duco, de illo ne meminisse quidem volo, tamen si bis eum inuitum seruavi. De me, meisque rebus ne vobis multitudinem literarum molestior essem, ad Lelium perscripsi, de rationibus provincie quid vellem fieri, ut is vos doceret, & commo- nefaceret. Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues. Vale.

M. CICERO. S. D. Q. METELLO PROCONSULI.



Inimicitie.

Itere Quintus Frateris, & T. Pōponii necessarii mei tantum spei dederat, ut in te non minus auxilium, quam in tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaque ad te literas statim misi, per quas ut fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petii. Postea mihi non tam meorum littere, quam sermones eorum, quae hac iter faciebant, animum tuum immutatam significabant: quae res fecit, ut tibi literis obstrepere non audeam. Nunc mihi Quintus frater meus mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit: qua inductus, ad te scribere sum coactus, & abs te quantum tua fert voluntas, peto quosque, ut tuos mecum serues potius, quam propter arrogatam crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicitias ut reip. donares, te vicisti, alienas ut contra rem. confirmes adducis: Quod si mihi tua clementia opere tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Sin mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quam me cum rep. vicit, licuerit, vide ne, cum velis reuocare tempus omnium reseruandorum, cum qui seruatur non erit, non possis. Vale.

M. CICERO. S. D. C. ANTONIO. M. FILIO IMPERATORI.



A me in te  
profecta.

Tu statueram nullas ad te literas mittere, nisi commedatitias, non quod eas intelligere satis apud te valere, sed ne iis quae me rogarēt, aliquid de nostra conjunctione imminutum esse ostenderem, tamen cum T. Pompeius homo omnium meorum in te studiosus, & officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te perficere, aliquid mihi scribendum putavi, praesertim cum aliter ipsi Pōponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri debeat: omnia enim a me in te perfecta sunt, quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent. Pro his rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Contra etiam esse aliquid abs te perfectum, ex multis audiui. nam comperisse me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri. Sed ea quae ad me delata sunt, malo te ex Pōponio, cui non minus molesta fuerunt, quam ex meis literis, cognoscere. Meus in te animus quam singulari officio fuerit, & Senatus & populus Romanus testis est. Tu quam gratum erga me fueris, ipse existimare potes: quam tamen mihi debeas, ceteri existimant: ego quam tua causa antea feci, voluntate sum adductus, postea constantia. Sed reliqua, mihi crede, multo maius meum studium, maioremque gravitatem & laborem desi-



derant. Que ego si nō pfundere, ac pdere videbor, oībus meis viribus sustinebo : sin ingrata esse sentiā, nō cōmittā vt tibi ipse insanire videar, ea q̄ sint, & cuiusmodi , poteris ex Pōponio cognoscere. atq; ipsum tibi Pōponiū ita cōmēdo, vt q̄q̄ ipsius causa cōfido te facturum esse oīa, tamē abs te hoc petā, vt si qd residet in te amoris erga me, id omne in Pōponii negotio ostēdas. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

Nō cōmittam,

M. CICERO, S. D. P. SEXTIO, L. F. PROCONSULI.



Um ad me Decius librarius venisset, egissetq; mecū, vt oprā darē ne tibi hoc tēpore succederet, q̄q̄ illū hominē frugī, & tibi amicū existimabā, tamē q; memoria tenebā cuiusmodi ad me literas antea misisses, nō satis credidī hoī prudētī, tā valde eē mutatā volūtātē tuā. Sed posteaq; & Cornelia tua Terētiā cōuenit, & ego cū Quīto Cornelio locut⁹ sum, adhibui diligētīā, quorūscūq; senatus fuit, vt adesset, plurimūq; in eo negotii habui, vt Q. Fufiū tribunū plebis, & ceteros, ad quos tu scripseras, cogerē mihi potius credere, q̄ tuis literis. Oīno res tota in mēsem Ianuariū reiecta erat, sed facile obtinebat. Ego tua gratulatio ne cōmorus, q; ad me pridē scripseras velle te bñ venire q; de Crasso domū emissem, emī eā ipām domū millib⁹ nūmū. XXXV. aliquāto post tuā gratulationē. Itaq; nūc me scito tātū habere eris alieni, vt cupiā cōiurare, si qs me recipiat, sed partim odio inducti me excludūt, & aperte vindicē cōiurationis oderūt, partim nō credūt, & a me insidias metuūt, nec putant ei nūmos deesse posse, q; ex obfidiōe fœneratores exemerit, hoī semissis magna copia est. Ego autē meis reb⁹ gestis hoc sum assecut⁹, vt bonū nomē adept⁹ existimer. Domū tuā, atq; edificationē oēm p̄pexi, & vehemēter pbauī. Antoniū, etsi ei⁹ in me officia oēs desiderāt, tñ in se natu grauissime ac diligētissime defendi, senatūq; vehemēter oratione mea, atq; auctoritate cōmouī. Tu ad me velim literas crebrius mittas. Vale.

Tua, subauit vxor, Cōuenit.

Bñ venire.

Semissis.

M. T. M. FILIVS CICERO, S. D. CN. POMPEIO CN. F. MAGNO IMPERATORI.



I tu exercitusq; valetis, bene est. Ex literis tuis quas publice misisti, cepi vna cū oīb⁹ incredibilē voluptatē. tātā em̄ spē otii ostēdisti, quātā ego semp oībus te vno fretus pollicebar. sed hoc scito, tuos veteres hosteis, nouos amicos, vehemēter lris p̄culos, atq; ex magna spē deturbatos iacere. Ad me autem literas quas misisti, q̄q; exiguā significationē tuę erga me volūtatis habebant, tñ mihi scito iucūdas fuisse. nulla em̄ re tā letari soleo, q̄ meorū officiorū cōscientia: quibus siquādo nō mutuo respōdet, apud me plus officii residere facillime patior. Illud nō dubito, quin si te mea summa erga te studia parū mihi adiūxerūt, respu. nos inter nos cōciliatura, cōiūcturaq; sit. Ac ne ignores, qd ego in tuis literis desiderarim, scribā aperte, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Res eas gessi, quarū aliquā in tuis literis & nostrę necessitudinis, & reip. causa gratulationē expectaui: quā ego abs te p̄termissem esse arbitror, q; verebare, ne cui⁹ animū offenderes. Sed scito ea, q̄ nos p̄ salute patrię gessimus, orbis terrę iudicio, ac testimoniō cōprobari. Que cū veneris, tātō cōsilio, tātāq; ai magnitudine a me gesta esse cognosces, vt tibi multo maiori q̄ Africanus fuit, me nō multo minorē q̄ Lēlius, facile & in rep. & in amicitia adiūctū esse patiare. Vale.

Belle.

Nos inter nos.

Scipio & Lēlius.

M. T. C. M. LICINIO, P. FILIO CRASSO, S. D.



Vantū meū studiū extiterit dignitatis tuę vel tuędę, vel etiā augende, non dubito quin ad te oēs tui p̄scripserint. Nō, n. fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, qd silētio possit p̄teriri. Nā & cū cōsulib⁹, & cū multis cōsularib⁹ tanta cōtētione decertauī, quāta nūq; antea vlla in causa, suscepi q; mihi p̄petuā ppugnationē p̄ omnibus ornamētis tuis, veteriq; nostrę necessitudinī iandiu, debitū, sed multa varietate tēporū interruptum officiū, cumulate reddidī. Neq; mehercule vnq; mihi tui aut colēdi, aut ornādī voluntas defuit, sed quedam pestes hominū laude aliena dolentiū, & te nōnūq; a me alienarūt, & me aliquando immutarūt tibi. Sed exitit tēpus optatū mihi magis, q̄ speratū, vt florētissimis tuis rebus, mea p̄spici possit & memoria nostrę volūtatis, & amicitię fides. Sum em̄ cōsecutus nō modo vt domus tua tota, sed vt cūcta ciuitas me tibi amicissimū esse cognosceret. Itaq; & p̄stantissima omnīū fœminarū vxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia, tui Crassi meis cōsiliis, monitis, studiis, actionibusq; nitunt: & Senat⁹, populūq; Ro. intelligit tibi absentī nihil esse tā prōptū, aut tā paratum, q̄ in omnibus rebus, q̄ ad te pertineāt, oprā, curā, diligētīā,

Consules, Cōsulares, Ornamētis tuis.

Vxorīs laus.



## Epistolarum familiarium

auctoritatē meā. Quę sint acta, quę agant, domesticorum tibi literis declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito ad tuam amplitudinē meis officiis amplectendam incidisse, sed ut primū forū attigerim, spectasse semper, ut tibi possem quā maxime esse cōiunctus. quo quidē ex tēpore, memoria teneo, neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuā summā beneuolentiā, ac liberalitatē defuisse. Si qua in terdiderūt nō tā re, quā suspitione violenta, ea cum fuerint, & falsa, & inania, sint euulsa ex oī memoria, vitę nostrę. Is em̄ tu vir es, & eū me esse cupio, ut quoniā in eadē reipub. tēpora incidimus, cōiunctionē, amicitiamque nostrā vtriusque nostrū laudī sperē fore. Quāobrem tu quantum tuo iudicio tribuendū nobis esse putes, statues ipse, & ut spero, statues ex nostra dignitate. Ego vero tibi profiteor, atque polliceor eximium, & singulare meū studiū in omni genere officii, quod ad honestatē, & gloriā tuā spectet: in quo etiam si multi mecum contēdēt, tamē cum reliquis omnibus, tū Crassis tuis iudicibus, omneis facile superabo: quos quidē ego ambos vnice diligo, sed in Marco beneuolentiā impari. Hoc magis sum Publico deditus, quam me quicquam a pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterū parētem & obseruat, & diligit. Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolę, meque ea quę tibi pmitto, ac recipio, sanctissime esse obseruaturū, diligentissimeque facturū. Quę a me suscepta defensio est te absente dignitatis tuę, in ea iam ego, non solū amicitię nostrę, sed etiā cōstatię meę causa pmanebo. Quāobrem satis esse hoc tēpore arbitrat⁹ sum, hęc ad te scribere, me si quid ipse intelligerē, aut ad voluntatē, aut ad commodū, aut ad amplitudinē tuā pertinere, mea sponte id esse facturum: si in quippiā, aut a te essem admonit⁹, aut a tuis, effecturū ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quęquā tuorū ad me frustra detulisse. Quāobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus, minimis, maximis, mediocribusque rebus, ut ad hominem amicissimū: & tuis precipias, ut opera, cōsilio, auctoritate, gratia mea, sic vtant in oībus publicis, priuatis, forētib⁹, domesticis tuis, amicorū, hospitiū, clientū tuorū negotiis, ut quoad eius fieri possit, presentię tuę desiderium meo labore minuat ur. Vale.

VATINIVS IMPERATOR CICERONI SVO. S.

Cōmendatitia.  
Recipio.

Mea salute

Anagnostes.



I vales, bene est, ego valeo. Si tuā cōsuetudinē in patrociniis tuēdis seruas, P. Vatinius cliēs aduenit, qui p se causam dicier vult. Nō puto repudiabis in honore, quē in periculo recepisti. Ego autē quē potius adoptē, aut inuocē, quā illū, quo defendēte vincere didici! An verear ne quā potētissimorū hoīm cōspirationē neglexerit p mea salute, is p honore meo pusillorū, ac maleuolorum obrectationes, & inuidias nō pternat, atque obterat! Quare si me, sicut soles, amas, suscipe me totū, atque hoc quicquid est oneris ac muneris p mea dignitate, tibi tuendum, ac sustinēdū puta. Scis meā fortunā nescio quo modo facile obrectatores inuenire, nō meo quidem mehercule merito: sed quātū id refert, si tamē fato nescio quo accidit! Si quis forte fuerit, qui nostrę dignitati obesse velit, peto a te, ut tuā cōsuetudinē, & liberalitatē in me absente defendēdo mihi prestes. Literas ad senatū nostris de rebus gestis, quo exēplo miserā, infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus Vardaci esse, de quo tu mihi nihil mādasti: ego tamen terra, marique ut cōquirererē, p mādaui, & pfecto tibi illū reperīā, nisi in Dalmatiā aufugerit, & inde tamē aliquñ eruam. Tu nos fac ames. Vale. Ad. iiii. Idus Quintileis ex castris Narona.

VATINIVS CICERONI SVO. S. D.

Apage.

Semissis.



I vales bene est, ego quidē valeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrico, & eo min⁹, quam me frigid⁹ Dalmaticū quod illinc eiecit, etiā hic refrigerauit. Sed tñ nō desistā, quoniam illū aliquñ eruā. Sed tñ oīa mihi dura impas. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecatiōis diligentissime. Apage te cum nostro Sexto Seruilio. Nā mehercule ego quoque illū amo. Sed huiusmodi vos cliētes, huiusmodi causas recipitis: hominem vnū oīum crudelissimū: qui tot ingenuas matres famulias stuprauit, tot ciueis Roma, occidit, arripuit, dispendit, regiones vastauit. Simul vero semissis homo cōtra me arma tulit, & eū bello cepi. Sed tñ mi Cicero quid facere possum! Oīa mehercule cupio, quę tu mihi imperas. Meā animaduersionē, & supplicium quo vsurus erā in eū quem cepissem, remitto tibi, & condono, quod illis respondere possum qui sua bona direpta, nauis expugnatas, fratres, liberos, parēteis occisos, actores exposulāt: si mehercule Appiū haberē in cui⁹ locū suffect⁹ sum, tamē hoc sustinere nō possem. Quid ergo est! Faciā oīa sedulo



sedulo, quæ te scia velle. Defendit a Quinto Volusio tuo discipulo, si forte ea res poterit ad uersarios fugare, in eo maxime spes est. Nos si quod erit istius opus, defendes. Cæsar adhuc mihi iniuriâ facit: de meis supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi vero non iustissimi triumphus in Dalmatia res gesserim. Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam, viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipsis sibi aseuerunt amplius sexaginta. hæc nisi omnia expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego sum ac ceteri imperatores. Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus sum, sex oppida vi oppugnando cepi, unum hoc quod erat maximum, quater a me iam captum, quattuor enim turreis, & quattuor muros cepi, & arcem eorum totam, ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt, indignæ mihi Cicerone, oppidum captum, & iam bellum confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Cæsarem meam causam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes, hoc existimans, neminem te tui amantioem habere, Vale. Nonis Decembribus, Narona.

Refert,

Dalmatiæ oppida,

M. CICERO. P. VATINIO IMPERATORI, S.



Rata tibi esse officia mea non miror, cognoui enim te gratissimum omnium idque nunquam destitisti predicare. nec enim tu mihi gratiam modo habuisti, verum etiam cumulatissime retulisti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, & eadem voluntate cognosces. Quod mihi foeniam primariam Pompeiam uxorem tuam commendas, cum Sura nostro statim tuis literis lectis locutus sum, ut ei meis verbis diceret, ut quicquid opus esset, mihi denunciaret, & me omnia quæ ea vellent, summo studio curaque facturum, itaque faciam, eamque si opus esse videbitur, ipse conueniam. Tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem, neque tam magnam, neque tam paruam putet, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia quæ in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honesta videbuntur. De Dionysio, si me amas, confice: quacumque ei fidem dederis prestabo. Si vero improbus fuerit, ut est, duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis Diis male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed ut scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas. Semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

Conueniam

M. CICERO. S. D. L. LVCEIO. Q. FILIO.



Oram me tecum eadem hæc agere sepe conantem deterruit pudor quidam pene subrusticus, quæ nunc expromam absens audacius. epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neque ut ego arbitror, reprehendeda, nomen ut nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis, quod etsi mihi sepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper a me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quæcelerrime res nostras monumentis commendari tuis. Non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonii tui, vel indicio benevolentie, vel suauitate ingenii, viui persruamur. Neque tamen hæc cum scriberem, eram nescius quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum: sed quia videbam Italici belli, & ciuilibus historiis iam pene a te esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, coniuncte ne mallet cum ceteris rebus nostra cõtessere, an, ut multi greci fecerunt, Callisthenes Troicis bellis, Timeus Pyrrhi, Polybius Numantinis, qui omnes a pæteritis suis historiis ea quæ dixi bella separauerunt, tu quoque ite ciuilem cõturationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. Eadem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad pperationem meam quiddam interest, non te expectare donec ad locum venias, ac statim causam illam totam, & tempus arripere. Et simul si vno in argumeto, vnaque in persona mens tua tota versabit, cerno iam animo, quanto omnia vberiora, atque ornata futura sint. Neque tamen ignoro, quod impudenter faciam, quod primum tibi tantum oneris imponam, potest enim mihi denegare occupatio tua: deinde et ut ornem me postule, quod si illa tibi non tanto pretere vident ornata: SED TAMEN, QUI SEMEL verecundie fineis transierit, eum bene, & nauiter oportet esse impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut ornem ea vehementius, quam fortasse sentis, & in eo leges historie negligas, gratiasque illam, de qua suauissime quodam in proemio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum

Epistola non erubescit. Nomen suum illustrari cupit.

Greci historiographi.

Impudentem quæ esse deceat nauiter.

Hercules Xenophontius.



## Epistolarum familiarium

a voluptate: ea si me tibi vehemērius cōmēdabit, ne aspernere, amoriq; nostro plusculū etiā q̄ cōcedit veritas, largiāre. Q; si te adducemus, vt hoc suscipias, erit (vt mihi psuadeo) materies digna, facultate, & copia tua. a principio em̄ cōiurationis vsq; ad reditū nostrū, videt mihi modicū qdā corpus cōfici posse: in quo & illa poteris vti ciuiliū cōmutationū sciētia vel in explicādis causis rerū nostrarū, vel in remediis incōmodorū, cū & rephēdes ea, q̄ vitu perāda duces: & q̄ placebūt, exponēdis rationib; cōprobabis: & si liberius, vt cōsueuisti, agendū putabis, multorū in nos p̄fidia, insidias, p̄ditionē, notabis. Multā etiā casus nostri tibi varietatē in scribēdo suppeditabūt plenā cuiusdā voluptatis, q̄ vehemēter animos hominū in legēdo scripto retinere possit. NIHIL EST ENIM APTIUS ad delectationē lectoris, q̄ tēporū varietates, fortunęq; vicissitudines: q̄ et si nobis optabiles in experiēdo nō fuerūt, i legēdo tñ erūt iucūda. HABET ENIM PRAETER itī doloris secreta recordatio delectationē. Ceteris vero nulla p̄fectis ppria molestia, casus alienos sine vllō dolore itūētib; etiā ipsa mīa est iucūda. Quē em̄ nostrū ille moriēs apud Mātineā EPAMINONDAS nō cū quadā miseratio ne delectat: q̄ tū deniq; sibi auelli iubet spiculū, postea q̄ ei p̄cōtari dictū est, clypeū esse saluū, vt etiā in vulneris dolore equo animo cū laude moreret. Cuius studiū in legēdo non erectū Themistoclis fuga, redituq; retinet: Erem̄ ordo ipse Annaliū mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorū: at viri sepe excellētis ancipites, variiq; casus habēt admirationē, expectationē, letitiā, molestiā, sp̄, timorē: si vero exitu notabili cōcludunt, explet animus iucūdis simę lectionis voluptate. Qd mihi acciderit optatius, si in hac sententiā fueris, vt a cōtinētibus tuis scripris, in qbus p̄petuā rerū gestarū historiā cōplecteris, secernas hāc quasi fabulā rerū, euētorūq; nostrorū. Habet em̄ varios actus, multasq; actiones, & cōsiliorū, & tēporū. Ac nō vereor, ne assentatiūcula quadā aucupari tuā gratiā videar, cū hoc demonstrē, me a te potissimum ornari, celebrariq; velle. Neq; enim tu is es, q̄ sis nescias, & q̄ non eos magis qui te non admirentur inuidos, q̄ eos qui laudēt assentatores arbitrere. Neq; autē ego sum ira demens, vt me sempiternę glorię per eū commēdari velim, q̄ nō ipse quoq; in me cōmendando ppriā ingenii gloriā cōsequat. Neq; em̄ Alexander ille gratię causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat, sed q̄ illorū artē cū ipsis, tū etiā sibi glorię fore putabat. Atq; illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebāt, quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. Nec minus em̄ est Spartiatus Agefilaus ille phibēdus, qui neq; pictā, neq; fictam imaginē suam passus est esse, q̄ qui in eo genere laborarūt. vnus enim Xenophōris libellus in eo rege laudando facile om̄es imagines hoīm, statuasq; supauit. At q̄ hoc p̄stātius mihi fuerit, & ad letitiā aī, & ad memorię dignitatē, si in tua scripta puero, q̄ si in ceterorū, q̄ nō ingenū mihi solū suppeditatū fuerit tuū, sicut Timoleōti a Timeo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiā auctoritas clarissimi & spectatissimi in repu. maximis grauissimiq; causis cogniti, atq; in primis p̄bati viri. vt mihi nō solū p̄coniū, qd cū in Sigēum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributū esse dixit, sed etiā graue testimoniū imp̄ritum clari hoīs, magniq; videat. Placet em̄ Hector ille mihi Neuianus, q̄ nō tantū laudari se letat, sed addit etiā a laudato viro. Qd si a te nō impetro, hoc est, si qua te res imp̄dierit (neq; em̄ fas esse arbitror, qd me rogātē abs te nō impetrare) cogar fortasse facere, qd nonnulli sepe rephēdūt, scribā ipse de me, multorū tamē exēplo, & clarorū virorū. Sed qd te non fugit, hęc sunt in hoc gñe vitia, & vt verecūdius ipsi de se scribāt necesse est, si qd est laudādum, & p̄tereant, si qd reprehēdēdū est. accedit etiā, vt minor sit fides, minor auctoritas, multī deniq; reprehēdāt, & dicāt verecūdiores esse p̄cones ludorū gymniorū, q̄ cū ceteris coronas imposuerūt victoribus, eorūq; nomina magna voce p̄nūciauerūt, cū ipsi ante ludorū missionē corona donent, aliū p̄conē adhibeāt, ne sua voce ipsi se victores esse p̄dicēt. Hęc nos vitare cupimus, & si recipis causam nostrā, vitabimus, idq; vt facias, rogamus. Ac ne forte mirere cur, cū mihi sepe ostēderis te accuratissime nostrorū tēporū cōsilia, atq; euētus literis mādatūrū, a te id nūc tantopere, & tā multis verbis petamus, illa nos cupiditas incēdit, de qua inirio scripsi, festinationis, q̄ alacres animo sumus, vt & ceteri viuētibus nobis ex libris tuis nos cognoscāt, & nosmetipsi viui gloriola nostra p̄fruemur. His de rebus qd acturus sis, si tibi nō est molestū, rescribas mihi velim. Si em̄ suscipis causam, cōficiā cōmētarios rerū omniū. Sin autē differs me in tēpus aliud, corā tecū loquar, tu interea nō cessabis, & ea q̄ habes instituta perpolies, nosq; diliges. Vale.

M. CICERO, S. D. L. LVCEIO, Q. FILIO.

Epaminondas.

Alexandri de se fingēdo cura. Agefilaus.

Hector Neuianus.

Scribēdi de se difficultas.





Vanq̄ ipsa cōsolatio literarū tuarū mihi gratissima est, declarat. n. summā benevolentia coniuictā pari prudentia, tñ illū fructū ex tuis literis vel maximū cœpi, q̄ te p̄clare res humanas contemnentē, & optime cōtra fortunā paratū, armatūq̄ cognoui. Quā quidē laudem sapiētīe statuo esse maximā, NON ALIVNDE pendere, nec extrinsecus aut bñ, aut male viuendī suspēsas habere rōnes. Quē cogitatio, cū mihi nō omnino excidisset (etēn penitus infederat) vi tamen tēpestatum & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atq̄ conuulsa: cui te opitulari, & video, & id fecisse etiā proximis literis, multumq̄ p̄fecisse sentio. Itaq̄ hoc sapius dicendum, tibiq̄ non significandū solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandum aut̄ cum illa valeant, quæ eleganter copioseq̄ collegisti, tum nihil plus, q̄ q̄ firmitudinem grauitatemq̄ animi tui p̄spexi, quam non imitari turpissimum existimo, itaq̄ etiā hoc fortiozem me puto, q̄ te ip̄m p̄ceptorem fortitudinis, q̄ tu mihi videre spem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorum, similitudinesq̄ hæc, tū rationes in ea disputatione a te collectę, verabant me reip. penitus diffidere. Itaq̄, alterum minus mirum, fortiozem te esse, cum aliquid speres: alterum magis mirum, sp̄e vlla teneri. Quid est enim nō ita affectum, vt id nō deletum, extinctumq̄ omne esse fatear: Circūspice omnia membra reip. quę notissima sunt tibi, nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatumve sit. quæ persequeris, si aut melius ea viderē q̄ tu vides, aut commemorare possem sine dolore: q̄q̄ tuis monitis, p̄ceptisq̄ omnis est abiiciendus dolor. Ergo & domestica feremus, vt censes, & publica paulo etiā fortius fortasse, q̄ tu ipse, qui p̄cipis. Te em̄ spes aliqua consolat, vt scribis, nos erimus etiā in oī desperatione fortes, vt tu tamen idem & hortaris, & p̄cipis. Das em̄ mihi iucūdas recitationes conscientia nostræ, rerumq̄ earum, quas te in primis auctore gessimus. Præstitimus enim patriæ non minus certe, q̄ debuimus, plus profecto, q̄ est aīo cuiusq̄, aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ip̄so aliquid p̄dicanti. quarū enim tu rerū cogitatione nos leuare egritudine voluisti, earum etiam cōmemoratione lenimur. Itaq̄ vt mones, quantum potero me ab omnibus molestiis, & angorib⁹ abducam, trāsferamq̄ animū ad ea, quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuantur, tecumq̄ & ero tantum, quantum patietur vtriusq̄ ætas, & valetudo. et si esse vna minus poterimus, q̄ volumus, animorum tamē coniunctione iisdemq̄ studiis ita fruemur, vt nunq̄ non vna esse videamur. Vale.

Sapientia  
laus.

Affectum.

Philosophie  
studia

L. LVCEIVS. Q. FILIVS. S. D. M. T. CICERONI. M. FILIO.



I vales bene est, ego valeo, sicut soleo, paululo tamē etiam deterius, q̄ soleo. Te requisivi sepius, vt viderem Romę: quia postea nō fuisti, q̄ a me discesseras, miratus sum, qd̄ item nunc miror. Non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat. Si solitudine delectare cum scribas, & aliquid agas eorū, quorū consuesti, gaudeo, neq̄ reprehendo tuū consiliū: nam nihil isto potest esse iucūdius, nō modo miseris his temporibus, & luctuosis, sed etiā tranquillis, & optatis, p̄sertim vel aīo defatigato tuo, qui nūc requiē q̄rit magnis occupationibus, vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, qd̄ alios delectet, te ip̄sum laudib⁹ illustret. Sin sicut hic dū eras, & lachrymis, ac tristitię te tradidisti, doleo: qā doles, & angere, nō possum te, si concedis, qd̄ sentimus (vt liberius dicā) non accusare. Quid em̄, tu solus apta non videbas, qui propter acumen occultissima perspicias: tu non intelliges te q̄relis quotidianis nihil proficere, nō intelliges duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulabat? Quod si non possumus aliquid proficere suadendo, gratia contendimus, & rogando, si quid nostra causa vis, vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrū redeas, & ad consuetudinem, vel nostram cōmunē, vel tuam solius, ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio: cupio deterrere, ne permanas in incepto, cū duę res istę cōtrarię me cōturbēt, ex quibus, aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. Vale.

Angere. i.  
angeris.

Eleuare.  
Nostra cau  
sa.  
Tuā soli⁹.

M. CICERO. L. LVCEIO. S.



Mnis amor tuus ex oībus partib⁹ se ostendit in his literis, quas a te pxime accepī, non ille quidē mihi ignotus, sed tñ gratus, & optatus, dicerem iucūdus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Neq̄ ob eam vnam causam, quā tu suspicaris, & in qua me lenissimis, & amantissimis verbis vtēs, te grauitate accusas, sed q̄ illius tantū vulneris, quæ remedia esse debebant,

Iucūdus.



## Epistolarum familiarium

ea nulla sunt. Quid enim: ad amicos ne confugiam? quod multi sunt: habuimus enim fere communitate, quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obdurerunt. Tecum vivere possem equidem, & maxime vellem, verustus est amor, consuetudo, studia paria, quod vinculum: quare res deest nostrae coniunctioni? Possumus ne igitur esse una: nec mehercule intelligo quod impediatur, sed certe adhuc non fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano. Nam quod dicam in Vrbe: in qua cum forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed casu nescio quo, in ea tempora nostra aetas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam pueret. Quod enim poterat mihi esse profugium spoliato, & domesticis, & forisibus ornamentis, atque solatiis: litera credo, quibus assidue utor, quid enim aliud facere possum? sed nescio quo modo ipsa illa excludere me a portu, & profugio videntur, & quasi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserissimi temporis. Hic tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiae: itaque sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris obliuionem petam. Quod si id egissemus ego atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat, propter quotidianos metus, omne tempus una fuisset, neque me valetudo tua offenderet, neque te moeror meus: quod quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim utriusque nostrum aptius? Propediem te igitur videbo. Vale.

Literarum.

Abesse Vrbe.

M. T. CICERO, S. D. TITIO.

Consolatoria.  
Vnus ex omnibus.



Non qua lege natus.  
Euentis repetendis.

Modus.

Si vnus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus, quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem, tamen cum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuus, statui nostrae necessitudinis esse, meaque in te benevolentiae, non tacere tanto in tuo moerore tandiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quae leuare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atque in animo habere debemus, HOMINES NOS UT ESSE meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra, neque esse recusandum, quo minus ea qua nati sumus conditione viuamus, neve tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus, euentisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Neque haec, neque caeterae consolationes, quae sunt a sapientissimis viris usurpatae, memorieque, & literis prodita, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostrae ciuitatis, & haec perturbatio temporum perditorum, cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt, minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, quam si eisdem bona, aut denique aliqua re perdidissent. Quod si tuum te desiderium mouet, aut si tuarum rerum cogitatione moeres, non facile exauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto, sin illa te res cruciat, quae magis amoris est, ut eorum qui occiderunt, miseria lugeas, ut ea non dicam, quae sepius legi & audiui, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quam mors dicenda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quae non sentiat: hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impendere reipublicae, quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptris esse videatur. Quid est enim iam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci: non mehercule quaeque aut diui hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atque ex iniquissima conditione vitae videretur. Quare si tibi vnum hoc detrahi potest, ne quid his quos amasti, mali putes contigisse, per multum erit ex moerore tuo diminutum. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quae non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur: in qua non est iam grauitatis, ac sapientiae tuae, quam tu a puero praestitisti, ferre immoderatus casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum quos dilexeris, miseria, maloque seiunctus. Etenim eum semper te, & priuatis in rebus, & publicis praestitisti, tuenda tibi ut sit grauitas, & constantie seruiendum. NAM QVOD allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit, id nos praeripere consilio, prudentiaque debemus. Etenim si nulla vnquam fuit liberis amissis tam imbecillo muliere, quae non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferte



Liber. V. Fo. XXIII.

debemus, neque expectare temporis medicinam, quam representare ratione possimus. His ego literis si quid proficissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minus forte valuissent officio tamen esse functum benevolentissimi, atque amicissimi, quem me tibi, & suis se semper, existimes velim, & futurum esse confidas. Vale.

M. CICERO. S. D. P. SEXTIO. P. FILIO.



On obliuione amicitie nostre, neque intermissione consuetudinis mee, superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed quae priora tempora in ruinis reipublicae nostrisque iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis, atque acerbissimis incommodis retardarunt. Cum vero & intervallo iam satis longum fuisset, & tuam virtutem, animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus, non putavi esse alienum institutis meis haec ad te scribere. Ego te P. Sexti & primis temporibus illis, quibus in inuidiam absens, & in crimen vocabare, defendi: & cum in tui familiarissimi iudicio, ac periculo tuum crimen coningeretur, ut potui, accuratissime te, tuamque causam tutatus sum: & proxime recenti aduentu meo cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem, tamen nulla in re salutis tuae defui: cumque eo tempore inuidia animi non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius iudicii, multaque alia reipublicae vitia plusquam causa ipsa, veritasque valuissent, Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. Quobrem omnibus officiis amicitiae diligenter a me, sancteque seruatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te ut hortarer, rogaremque, ut & hominem te, & virum esse meminisses, id est ut communem, incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque prestare villo pacto potest, sapienter ferres, & dolori fortiter, ac fortunae resisteres, cogitareque, & in nostra ciuitate, & in ceteris, quae rerum potita sunt, multis fortissimis, atque optimis viris iniustus iudiciis taleis casus incidisse. Illud utinam ne vere scriberem, ea te reprobare, in qua ne minem prudentem hominem res vlla delectare possit. De tuo autem filio vereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimonium non cepisse: sin autem omnia quae sentio, perscripserim, ne refricem meis literis desiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, virtutem, industriam, vbicumque eris, tuam esse tecum duces. NEC ENIM minus nostra sunt quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. Quobrem & illius eximia virtus, summusque in te amor, magnae tibi consolationi debet esse, & nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semperque pendemus, & maxime amici tuae conscientiae, cum tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud adiunges, HOMINES sapientis turpitudine, non casu, & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri. Ego & memoria nostrae veteris amicitiae, & virtute, atque obseruancia filii tui monitus, nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. Tu si quid ad me forte scripseris, perficiam ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.

M. CICERO. S. D. T. FABIO.



Tsi egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, propterea quod nullam rem grauius iandiu tuli, quam incommodum tuum, tamen te magno opere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo, atque oro, te colligas, virumque praebeas, & qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit: propterea quod adeptus es, quod non multi homines noui, amissisti quod plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impedere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur esse, qui grauiissima poena ab hac reipublica discesserit. Tu vero qui & fortunas, & literas habes, & nos, ceterosque necessitudine, & benevolentia tecum coniunctissimos, quique magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis viuendi, & cum vnum sit iudicium ex tam multis quod reprehendatur, idque vna sententia, eaque dubia potentia alicuius condonatum existimetur, omnibus his de causis, debes istam molestiam grauiissime ferre. Meus animus erit in te, liberosque tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet. Vale.

Quotidie  
magis

Purior  
Quotidie  
congrua

Aliter ac

Homine &  
virum.

Multi fore  
tissimi.

Reputo.

Noti & no  
biles.



# Epistolarum familiarium

M. CICERO RVFO, S. D.

Quotidie  
magis.



Si mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem charissimus, tamen quotidie magis id perspicio, extatque id quod mihi ostenderas quibusdam literis, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam in provincia fuisses, et si meo iudicio nihil ad tuum provinciale officium addi potest, quo liberius iudicium esse posset tuum. Itaque me & superiores literae tuae admodum delectauerunt, quibus & expectatum meum aduentum abs te amanter videbam, & cum aliter accidisset, ac putasses, te meo consilio magnopere esse letatum: & his proximis literis magni coepi fructum, & iudicii, & officii tui. Iudicii, quod intelligo te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile esse, nisi quod rectum, honestumque sit. Officii, quod te mecum, quodcumque coepissem consilii, polliceris fore: quo neque mihi grati, neque ut ego arbitror, tibi honesti esse quicquam potest. Mihi consilium captum iam diu est, de quo ad te non quo celadus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii tali tempore, quasi quaedam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem, vel periculi, vel laboris. Cum vero ea tua sit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector talem animum, sed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id quod ostendis, magnam habebō gratiam: si non feceris, ignoscā: & alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitror. Est enim res profecto maxima: quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est: ita tamen, ut si nos ii sumus, qui esse debemus, id est studio digni, & literis nostris, dubitare non possumus, quin ea maxime conducant, quae sunt rectissima. Quare tu, si simul placebit, statim ad me venies: sin idem placebit, atque eodem modo, nec continuo poteris, omnia tibi ut nota sint, faciam. Quicquid statueris, te mihi amicum: sin id quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

Putare.  
Quodcumque  
consilii.

M. CICERO, S. D. RVFO.

Scriba  
Tullius.



Vo modo potuissem te conuenissem, si eo quo constitueras, venire voluisses. Quare et si mei commodi causa, commouere me noluisti, tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me venisses, voluntatem tuam commodo meo. Ad ea quae scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset, a quo mihi exploratum est in rationibus duntaxat referendis, de ceteris rebus affirmare non possum, nihil eum fecisse scientem, quod esset contra, aut rem, aut existimationem tuam: deinde si rationum referendarum ius vetus, & mos antiquus maneret, me relaturum rationes, nisi tecum pro coniunctione nostrae necessitudinis contulissem, confecissemque, non fuisse. Quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret, id, quae de lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat, easdemque totidem verbis referre ad ararium, feci in provincia: neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem, sed retribuisti tibi tantum, quantum me tribuisse nunquam poenitebit. Totum enim scribam meum, quem tibi video nunc esse suspectum, tibi tradidi: tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxisti: rationes confectae me absente sunt tecum, ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem. Ita accepi librum a meo seruo scriba, ut eundem acceperim a fratre tuo. Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: si fides, maiorem tibi habui, quam pene ipsi mihi: si providendum fuit, ne quid aliter, ac tibi & honestum, & utile esset, referretur, non habui cui potius id negotium darem, quam Tullio scribae. Illud quidem certe factum est, quod lex iubebat, ut apud duas civitates, Laodiceensem, & Apamensem, quae nobis maxime videbantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas, & consolidatas deponeremus. Itaque huic loco primum respondeo, me quicquam iustis de causis rationes deferre pro ararium, tamen te expectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes pro latis haberem. Quae obrem de Volusio quod scribis, non est id rationum, docuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritissimum, tamen mihi amicissimum C. Camillus, ad Volusium transferri nomen a Valerio non potuisse, sed praedes Valerianos teneri. neque id erat sestertius. xxx. ut scribis, sed. xix. erat enim curata nobis pecunia Valerii mancipis nomine, ex qua reliquum quod erat, in rationibus retulit. Sed sic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentiae, & (quod minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiae. Liberalitatis, quae maius scribae mei beneficio quam meo, legatum meum

scribere da-  
rem.



praefectumque Leporam maxima calamitate leuatos, cum praesertim non deberent esse obligati. Diligentis, quae existimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo, nec scisse me quicquam, nec cogitasse: scribam, quicquid voluisset, cum id mihi ne recitasset quidem, retulisse. Prudentis, cum rem a me non insipienter actam, ne cogitatum quidem putes. Nam & Volusii liberandi meum fuit consilium: & ut multa tam grauis Valerianis praedibus, ipsique T. Mario depelleretur, a me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant: & si verum scire vis, hoc vni Scribae meo intellexi non nimium placere, sed ego putavi esse viri boni, cum populum suum seruaret, consulere fortunis tot amicorum vel ciuium. Nam de Luceio est ita actum, ut auctore Cn. Pompeio, ista pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iussu esse factum: qua pecunia Pompeius est usus, ut tua, quam tamen deposuerat Sextius. Sed haec ad te nihil intelligo pertinere: illud me non animaduerrisse moleste ferrem, ut adscriberem, te in fano pecuniam iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisque monumentis testata, cui data, quo Senatusconsulto, quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset. Quae cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi id, quod tua nihil referebat. Ego tamen adscripsisse mallem, quando te video id desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendum, idem ipse sentio, neque in eo quicquam a meis rationibus discrepabunt tuae. Adde enim tu, meo iussu, quod ego nunquam addidi, nec causa est cur negem: nec si causa esset, & tu nolles, negarem. Nam de sestertiis nongentis millibus certe ita relatum est, ut tu, siue frater tuus referri voluit. Sed si quid est, quando de Logeio parum gratiosum est, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere possim, de eo mihi, cum senatusconsulto non sum usus, quid per leges liceat considerandum est, te certe in pecunia exacta ita esse ferre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit: sunt enim alii peritiores. Illud caue dubites, quin ego omnia faciam, quae interesse tua, aut etiam velle te existimem, si villo modo facere possim. Quod scribis de beneficiis, scito a me & tribunos militares, & praefectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. In quo quidem me ratio fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari: postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulisset. Sane moleste tuli non illa beneficia tuae potius ambitioni reseruata esse, quam mea, qui ambitione nihil vterer. De centurionibus tamen, & de tribunorum militarium contubernaliis, res est in integro: genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de sestertiis centum millibus, de quibus meministi mihi a te Smyrna literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modo erat, fratris tui, & Tullii. Sed cum id corrigi non posset, quae iam depositis rationibus ex prouincia decessissemus, credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, proque ea spe facultatum, quam tum habebamus, quam humanissime potuerim rescripsisse. Sed neque me tuae humanitate mearum literarum obligatum puro, neque me tuam hodie epistolam de sestertiis centum sic accepisse, ut illi accipiant, quibus epistolae per haec tempora molestae sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quae ad me saluis legibus peruenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse, id fuisse sestertium xxii. eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse, quod ego siue aequo animo, siue iniquo fero, tu de sestertiis centum aequo animo ferre debes, & existimare eo minus ad te, vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate peruenisse. Quae si mihi hi expensa ista sestertium centum tulisses, tamen quae tua est suauitas, quaeque in me amor, nolles a me hoc tempore estimationem accipere, nam numeratum si cuperem, non erat. Sed hoc incatatum me putato, ut ego te existimo. Ego tamen cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. Vale.

M. CICERO. S. D. L. MESSINO.



Rata mihi tuae literae fuerunt: ex quibus intellexi, quod etiam sine literis arbitrabar, videndi mei te summa cupiditate affectum esse, quod ego ita libenter accipio, ut tamen tibi non concedam, nam tecum esse, ita mihi continua omnia quae opto contingant, ut vehementer velim. Ut enim cum esset maior & virorum, & ciuium bonorum, & iucundorum hominum, & amatum mei copia, tamen erat nemo, qui cum essem libentius, quam tecum, & pauci, quibuscum essem aequae libenter:

dd iiii

Probare.  
Laudare.

In fano ponere.

Interesse tua.

De Sestertiis centum millibus.

Scissam vellet epistolam.

comoda.



## Epistolarum familiarium

Hoc vero tempore, cum alii interierint, alii ab sint, alii mutati voluntate sint, vnum mediis  
fidius tecum diem libentius posuerim, q̄ hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum  
vivo necessario. Nolim existimare te, mihi non solitudinem iucundiorē esse, qua tamen ipsa  
vri non licet, q̄ sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto vno, aut ad sum-  
mum altero. Itaq̄ vtor eodem profugio, quo tibi vtendum censeo, literulis nostris, preterea  
etiam conscientia consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu facillime po-  
tes existimare, qui nihil vnq̄ mea potius, q̄ meorum ciuium causa fecerim: cui nisi inuidisset  
is, quem tu nunq̄ amasti (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. Ego sum qui  
nullius vim plus valere volui, q̄ honestum otium: idemq̄ cum illa ipsa arma, qua semper ti-  
mueram, plus posse sensi, q̄ illum consensum bonorum, quē ego idem effeceram, quāuis tuta  
condicione pacem accipere malui, q̄ viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa  
alia coram breui tempore licebit. Neq̄ me tamen vlla res alia Romæ tenet, nisi expectatio re-  
rum Africarum. videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. puto autē  
mea non nihil interesse, q̄ id ipsum, quid intersit, non sane intelligo. Verū tamen quicquid il-  
linc nunciatum sit, non longe abesse velim a consiliis amicorum. Est enim res iam in eū lo-  
cum adducta, vt q̄ multum intersit inter eorum causas, qui dimicant, tamen inter victori-  
as non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forsitan fuerit in-  
firmior, desperatis confirmatus est multum, quē etiam superiores literæ confirmarunt: qui-  
bus intellexi, q̄ fortiter iniuriam ferres, iuuitq̄ me, tibi cum summam humanitatem, tū etiā  
tuas literas profuisse. Verum enim scribam, teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fe-  
re, qui vita ingenua in beata, & libera ciuitate viximus. SED VT ILLA secunda modera-  
te tulimus, sic hanc nō solum aduersam, sed etiam funditus euersam fortunam fortiter fer-  
re debemus, vt hoc saltem in maximis malis boni consequamur, VT MORTEM, QVAM  
ETIAM Beati contemnere debeamus, propterea q̄ nullum sensum esset habitura, nunc sic  
affecti non modo contemnere debeamus, sed etiam optare. Tu, si me diligis, fruere isto otio,  
tibiq̄ persuade, PRAETER CVLPAM, AC PECCATVM, quo semper caruisti, & carebis,  
homini accidere nihil posse, quod sit horribile, aut pertimescendū. Ego si videbitur recte fie-  
ri posse, ad te veniam breui: si quid acciderit, vt mutandum consilium sit, te certiore facia-  
statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, vt istinc te ne moueas tam infirma valetudine, ni-  
si ex me prius quaesieris per literas, quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas, valetudi-  
niq̄ tuæ, & tranquillitati animi seruias. Vale.

Interesse.

M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM  
LIBER. VI.

M. CICERO AVLO TORQVATO, S. D.

Sua quęq̄  
fortunę pœ-  
nitet.



Hi ea perturbatio est omnium rerum, vt suæ quęq̄ fortunæ maxi-  
me pœniteat, nemoq̄ sit, quin vbiuis, q̄ ibi vbi est, esse malit, ta-  
men mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono viro Romę es-  
se, miserimum sit. Nam etsi quocunq̄ in loco quisquis est, idem est  
ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum, & publicarū, & sua-  
rum, tamen oculi augent dolorem, qui ea quæ ceteri audiunt, in-  
tueri coguntur, nec auertere a miseris cogitationem sinunt. Qua-  
re etsi multarum rerum desiderio te angere necesse est, tamen illo do-  
lore, quo maxime te confici audio, q̄ Romæ non sis, animum tuum  
libera. Etsi enim cum magna molestia tuos, tuaq̄ desideras, tamē il-  
la quidem, quæ requiris, suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt vllō  
in proprio periculo. Nec debes tu, cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam  
postulare, aut communem recusare. De te autem ipso Torquate est tuum sic agitare ani-  
mo, vt non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem, nec